2677

Actum in Castro Præmysliensi Feria Quarta post Festum Natiuitatis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

10/X

Obodynska & Stadnicki Subdapifer Terræ Belzen. Roborant.

3010

Comparentes personaliter coram Officio et Actis præsentibus
Castren. Capitan. Præmyslien. Gnosa Zuzanna de Falsztyn pri
marum olim Gnosi Francisci de Zmigrod Stadnicki, secundar.
vero nuptiarum olim Gnosi Constantini Leonis Obodynski
Dapiferi Liuoniæ Consors ad præsens relicta vidua ab vna,
et Victorinus de Zmigrod Stadnicki Subdapifer Terræ Bel
zen. parte ab altera sani mentibus et corporibus existen.
à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusq.
uis proprijs et competentibus recedendo. Præsenti vero
Castren. Capitan. Præmyslien. Iurisdictioni quo ad ceterum huic
attinet se cum Succ. oribus ac bonis suis generaliter omni
bus totaliter et plenariè incorporando atq Subijciendo palam
libere publice ac per expressum recognouerunt, et quilibet
illorum suo pro interesse seorsim et specialiter recogno
uit. Quia ipsi et quidem Suprascripta Gnosa Obodynska
suo et Gnosi Nicolai Stadnicki Filij sui cum olim priori

marito suo procreati pro eius ratihabitione cavet et se praesen-
tibus inscribit nomine. Sibi mutuo et invicem una Pars alteri
et posteris uniusq partis se ac suos Succores in et super bo-
nis suis generaliter omnibus Summisq pecuniariis quibus
uis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus.
Interisam certam cum paragrapho iure so Regio rite certarum
rerum et conditionum in eadem Interisa contentarum, de
Actu et data illius hic Praemysliae die Nona Septembris
Anno praesenti confectam et conscriptam, manibus sui Re
cognoscen ab utriq subscriptam. In omnibus et singulis eius
dem Interisae condinonibus punctis clausulis articulis vadio
ligamentis et nexious generaliter universis firmiter tene-
re complere exequi et inviolabiliter observare, omnibusq
et singulis eiusdem contentis tam in toto quam in quavis
minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Inter
isam praefatam ad Inscriptionem Roboratoriam praesen,
et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad Interi
sam praedictam in toto vicissim referendo. Idq sub vadio
viginti Trium Millium Florenorum Polonicalium per par-
tem parti et Succoribus uniusque partis ob non complecti
onem contentorum Interisae praefatae omnium et singu
lorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo
praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua primi
ex contentis Interisae praefatae non completa complen-
da citata existens memorata Pars una praemissa non
tenens, aut eius Succores, ad instantiam alterius partis

praemissa

præmiſsa tenentis et complentis aut eius posteriorum ad officium præsens Castren Capitan Præmyslien seu Castren Capitan Belzen extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere, vadium prætactum luere, inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Succores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus. Illum Terminum primum peremptorium vti et alios omnes exinde consequentes causæ eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate, Succorum legatione intra vel extra Regnum militari servitio, ad munimenta ad evictorem, vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Adquietationem prætereaa vltra proximos Officij præfati Castren Capitan Præmyslien seu Belzen Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmiſsa omnia primis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris præscriptione Terrestri, bello conventioneque, ac aliis quibusuis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec alio quouis modo evadendo. Hac sua præsenti personali mutua recognitione ad præmiſsa omnia mediante.

Idem Stadnicki Subdapifer Terræ Belzen in rem eiusdem Obodynska Roborat.